Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

clauos. uideat. ut recta p̃ceptos. intelligentiam habeat. et
eam utilit̃ intelligens imitari ualeat. exemplo saluatoris nr̃i
de quo scriptu est. quc cepit ihe facere et docere. Et mittam
inquit manu mea in latus eius. ✠ latus xpi ecclam possum
intelligere. quc cuncta ē ei in cruce. effluente sanguine et
aqua ex ei latere. Non sufficit g̃ profecto homini. ut mandata
dni intelligat et operetur: nisi et manu sua in latus dni mit
tat. idest alius quib̃libet in ecla positus opib̃ suis et exemplo
pdesse ualeat. Et mitta digitu meu in locu clauorũ. ✠ digi
tum qui in locu clauos. intendus est significat discretio
mentis et rationis. quc ita intellectu et opa distinguere et ex
aminare debet. ut cor hominis faciat locu clauorũ. idest
mandatos dni. ut ita cauta omia discernat. ut nec de intelli
gentia. nec de bona opatione. nec de proximos edificatione glam
queriat. ñ uanitati et superbie. s; illi soli a q̃ est asseribat. Dicat g̃
quilibet beatus. ad uera perfectione tendens. Nisi uidero in ma
nibus eius figua clauos. idest in eo usq; perfecto. ut p̃cepta di in
telligam. et imitator xpi in opib̃ eius existam. et mitta manu
mea in latus eius. idest ipse cua alius exemplo bone operationis
in ecla di pdesse studea. et tunc ad istud medu pungam. ut
mitta digitu meu in locu clauos. idest ut hanc discretione
mitta in locu clauorũ. qd est cor meu. ut ita discerna inter
opa di et opa mea. ut neq; de intellectu. siue opis effectu. ul
alios. de meo exemplo perfecta. michil michi asseriba. s; ea a q̃
tota est attribua. nisi inquam hec omia in me ipso exptus fuero.
non credam. hoc est. nunquam stabilis ero. nunqm uera fide do ere
atori meo psoluere potero. Que nimirũ perfectio et potestas
beatitudinis. quia uix aut nunqm in hac uita potest acquiri.
s; in futura uita reseruat. ubi plene et perfecte electis di dabit.
recte subiungit. Et post dies octo. iterũ erant discipli eius.